



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Didymo alexa[n]drino confessore. Cap[itulum]. xxxviiij. [i.e.
xxxvij.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis quorum certa dies cele. igno. Fo. cccj.

De sancto piatoue presby. et mar. Cap. xxxvi.



Piatoues presbyter et martyr apud toznacum ciuitatem passus est sub domitiani imperatoris persecutione. Hic alio nomine piatus dicitur.

Qui ex urbe roma oriundus: indeque egressus a beato dionysio episcopo apud galliam presbyter ordinatus: et ab eodem ad toznacensem ciuitatem ad predicandum directus est: ubi multitudine paganorum euangelizans ad christum conuertit. Ad hunc comprehensus prefectus nuncios destinauit: qui ab eisdem apparitionibus detentus et iudici oblati: dum christum confiteretur: primo quidem fustibus cedi: deinde iussus est capite truncari. Cuius corpus truncum et cranium caput propriis manibus acceptum plusquam per duo miliaria deportauit: videlicet usque ad locum ubi diuinitus sepulchrum elegit: ubi et gloriose occumbens tumulatus quiescit. Quo miraculo ultra mille gentium conuersi sunt.

De sancto Didymo alexandrio confessore. Cap. xxxviii.



Didymus alexandrinus confessor et doctor floruit tempore valerianini imperatoris. Hic in parua etate lumē oculorum amisit: ad huc pene patorum elementorum ignarus: quo non obstante tantum sui miraculo mundo prebuit: ut dialecticā: arithmeticā: et geometriam: quarum figurales propositiones et principia permaxime visu indigent: usque ad perfectum didicerit: omniumque deo docente: in breui diuinarum et humanarum rerum eruditione ac scientia percipit. Ad tante autem perfectionis apicem deuenit: ut schole ecclesiastice doctor existeret: illustresque viros auditores habuerit: videlicet athanasium episcopum: hieronymum presbyterum: basilium cesariensem: ceterosque plures doctores insignes in ecclesia dei sapientia admodum prebatos. Sanctitate quoque vite non mediocriter effulsit. Qui nunquam turbati visus fuit: quod corporum lumē oculorum perdidisset. Hic plurima insignia edidit. Biblia enim totam iterpretatus est. Commentarios dictauit in psalmos omnes. In euangelio quoque matthei et iohannis. Scripsit de dogmatibus contra arianos libros. ij. De spiritu sancto librum: quem hiero. ex greco trāstulit in latinum. In esaiam tomos. xvij. In osee scribens ad hieronymum commentariorum libros. ij. In zacharias

eiusdem hieronymi exhortatione. li. v. In iob commentarios. Multaque alia: que ipse idem dicare potuit scribentibus. Quieuit in christo lxxx. anno iam ex actouirtutibus et sapientia polens. Alexandriaque tumulatus iacet.

De sancto Didymo abbate. Cap. xxxviii.



Didymus abbas in deserto interioz in tria claruit.

Qui inter cetera sanctitatis insignia scorpiones et cerastes et serpentes quosque: qui in illis locis pro calore solis haberentur acerrimi tantum vermiculos in pedibus adeo conculcabat: et ita extinguebat. ut nihil ab eis patere tur mali. Hec in vitis patrum.

De sancto Dionysio abbate. Cap. xxxix.



Dionysius abbas in thebaidis deserto floruit sanctitate. Qui

quotidie ambulans comedebat: ut minorem sentiret delectationem: pergens ad heremum fodit puteum: et inueniens aquam amarā: eam oratione in dulcedinem conuertit qua omni postmodum tempore usus fuit. Cum autem moyses abbas et eius monachi fodientes: aquam inuenire non possent. Dionysio oratione premissa terram percussit: et aqua inde imediate scaturit: de qua tamen minime gustare voluit: sed eam ad usum illorum fratrum dimisit. Hic sub abbate antonio. xxx. annis et eo amplius in sancto instructus est proposito. Qui de domo parentum egressus nunquam amplius ab eis visus fuit. Requisitus autem a sorore vidua: ut eam visitaret: quem ipsa languens videre cupiebat: cum duobus sororis filiis de mandato patris antonii ad domum illius accessit: clausisque oculis ingressus et egressus: se ab ea videri permisit eamque minime respiciens: mor ad heremum repedauit. Hec ubi supra.

De sancto Apelle confessore. Cap. xl.



Apelles confessor egyptius ex fabro ferrario conuersus est. Qui opus hoc exercens die quadam diabolus sibi in specie mulieris iuuenis et elegatis apparen-

tem ferro cadente percussit in facie: qui stridens et gemens euauit. Ex quo die sanctus vir ferrum candens in manu sine lesione tenebat. Quod dens autem ad heremum cibum nunquam sumpsit: